Stephanus papa[1] in epistola quadam ad principem Francorum. ...

Kalendis Iulii — beati Martini Viennensis episcopi; hic a sanctis apostolis Viennam missus, quae urbs eo tempore[2] in Galliis florentissima erat, iniunctum sibi officium longe lateque praedicando et docendo beatissimo fine complevit; floruit sub temporibus Neronis, Vespasiani et Titi; cuius festivitas agitur Kalendis Iulii.

III.[3] Nonas Ianuarii — sancti Florentii Viennensis episcopi, cuius episcopatus et vita floruit Gordiani, Philippi, Decii, Galli et Volusiani imperatorum[4] temporibus, quando Novatus, beati Cypriani presbiter, Romam veniens, Novacianam haeresim condidit.

XVIII.[5] Kalendas Ianuarii — sancti Lupicini Viennensis episcopi; hic floruit Valeriani et Gallieni temporibus, quando sanctus Cyprianus passus est, et tempore[4] Claudii, sub quo Paulus haeresiarches, et Aureliani temporibus.

primum episcopum ordinavit, uti Paulus papa in quadam epistola ad quendam principem Francorum inferius commemorat.

(p. 22) ... sancti apostoli tertium episcopum ad hanc tunc temporis in Galliis florentissimam civitatem direxerunt Martinum ... tandem sub Vespasiano placido fine obdormivit, annua a successoribus memoria Kalendis Iulii honoratus.

(p. 26) ... sanctus Florentius qui tempore Gordiani, Philippi, Decii, Galli et Volusiani decucurrit, quando Novatus, beati Cypriani presbyter, Romam veniens, Novatianam haeresim condidit. Anniversaria eius dies est III. Nonas Ianuarii.

... beatus Lupicinus martyr, qui cathedram rexit, dum Valerianus et Gallienus in humanis degebant, sub quibus sanctus Cyprianus martyrio enituit; attigit etiam tempora Claudii, sub quo Paulus erat haeresiarcha et devenit usque ad Aurelianum; colitur VIII. Kalendas Ianuarii.

1) ‘pontifex’ Chron.; ‘papa pontifex’ Hag. 2) ‘eo tempore’ fehlt im Hag. 3) ‘IIII.’ Chron. 4) Fehlt in der Chron. 5) ‘XVIIII.’ Chron.